

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pullus Ad Vitem Alligatus, Ex Genes. XLIX, II. Delineatur

Koitzsch, Christian Jacob

Elbingae, [1729?]

VD18 13537121

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202474)



63. B. 8.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20
60.
61
PULLUS ADVITEM ALLIGATUS,

Ex Genes. XLIX, II.

DELINEATUR,

AD

ENCÆNIA
GYMNASII
ELBINGENSIS,

XXIV. Novembr. A. O. R. MDCCXXIX.

Horis à IX. matutinis

SOLENNI RITU

CELEBRANDA,

PATRONOS
ET
FAUTORES

DECENTER

INVITANTE


CHRISTIANO JACOBO KOITSCHIO,

GYMN. RECTORE.

ELBINGÆ,

TYPIS SAMUELIS PREUSSII.

407
X 48



Ccuratori consideratione dignissima sunt verba illa Jacobi Patriarchæ, ante ultimum suum ex hac mortalitate discesum ita vaticinantis: *Alligabit ad vitem pullum suum, & ad vitem generosam filium asinæ suæ.* (a) Sermonem hic non de Juda, filio Jacobi, sed de Messia esse, probat verborum nexus, approbat interpretum præstantissimorum consensus. Quæstio tantum superest, propriene hæc verba, an allegorice sint accipienda. Qui negant, propriam hic locum habere verborum significationem, id ideo faciunt, ne duplicem admittere cogantur sensum; cum ex contextu evidenter appareat, allegoriam subesse. Sed, uti verborum sensui, qui unicus semper est, & literalis dicitur, non obstat, dari & sensum rerum, quem

(a) Genes. XLIX, 11.

quem mysticum vocant; quia non immediate ex verbis, sed ex rebus fluit, futura, ad Novum Testamentum pertinentia, plerumque adumbrantibus: ita nec hic metuendum, sensui mystico, qui prophetiam continet, ullo modo obstare, si verborum proprietati inhæreas. Non enim à scopo Spiritus Sancti alienum est, si dicamus, signum futuri Messiae, pullo asinae vehente, Hierosolymam ingressuri, à vaticinante Jacobo ostendi. In iis enim, quæ hæc verba proxime antecedunt, de Christo venturo, qui *Schilo* appellatur, aperte agi, extra controversiam est. Adventum autem illius præter alia eo quoque insignem futurum, quod asinam & pullo vectus, ad filiam Sionis venturus esset, & Micha prædixit, & eventus comprobavit. Nec sine causa discipulis, ad petendam asinam missis, expresse dicitur, quod pullum alligatum sint inventuri: (b) quibus verbis ad hæc Jacobi verba respici, eorumque complementum monstrari, vix ambigere potest, qui perpenderit, ab Evangelistis, rem hanc enarrantibus, notanter addi, quod ad januam alligatum pullum invenerint. (c) Nam apud Israëlitas, sub vitibus habitantes, præsertim in vicis pagisque, non insolitum fuit, ad fores ædium

A 2

vi

(b) Luc. XIX, 30.

(c) Marc. XI, 2. 4.

vites plantatas habere, ut ita sibi invicem non repugnent, cum Propheta ad vitem, Evangelista, ad fores dicat pullum alligatum fuisse. Notabile etiam est, Christum ipsum dici alligaturum pullum suum ad vitem; ut significetur, non tantum hoc providentia Christi ita futurum, sed etiam specimen majestatis suæ regię & divinæ cum hac in re editurum, cum dominis asinorum non monitis, suis sit mandaturus, ut eos solverent, & ad se adducerent; interrogantibus vero, quare id facerent, solum responderent, *Domino opus iis esse.* Quod & factum est, nemine illorum contradicente. Ex quibus satis patere existimamus, non esse necessitatem à proprio verborum sensu abeundi; magnam vero jucunditatem, illustris vaticinii tam exactum videre complementum.

Ceterum lubentes fatemur, typum hic subesse, eumque maximi momenti. Non enim sine causa quæritur, quare Messię placuerit, hoc potissimum caractere uti, ad suum ingressum insigniendum, & se à ceteris Israëlitarum Regibus distinguendum. Consentiant sane, & Patres primitivæ Ecclesiæ, & interpretes nostrates, mysterium subesse, & asinâ Judæos jugo legis Mosaicæ adstrictos, pullô vero, quô nemo antea dicitur vectus esse, gentiles adumbrari. Hos enim suis ipsarum viis
Deus

Deus præteritis in ætatibus siverat incedere. (d)
 Egregia sunt, quæ hac de re Augustinus, Hip-
 ponensium olim Præsul, ita scripsit: (*) Ipse
 (qui expectatio gentium in præcedentibus dicitur) alli-
 gavit ad vineam pullum suum, id est, populum suum; in
 cilicio prædicans, & clamans: Agite pœnitentiam; appro-
 pinquavit enim regnum cœlorum. Populum autem gentium
 illi subditum cognoscimus pullo asinæ comparatum, in quo
 etiam sedit, ducens eum in Hierusalem, id est, in visionem
 pacis, docens mansuetos vias suas. Vitem, ad quam hic
 pullus alligari dicitur, alii dicunt esse ipsum Chri-
 stum, alii Ecclesiam; nullo dissensu intercedente.
 Nam & Christus se ipse vitem appellat, ecclesiasq;
 suos palmites; quia ipse est Caput Ecclesiæ, fideles
 ejus membra: & Ecclesia recte vitis appellatur; spe-
 ciatim Israëlita, quæ vitis ex Ægypto allata, & in
 terra sancta plantata expressis verbis dicitur. (e)
 Nam ad hanc Ecclesiam adducendi erant gentiles,
 intergerino sublato; (f) & in hanc oleam implan-
 tandi erant surculi sylvestres. (g) Ad hanc qui
 accedebant, illi Christo adjungebantur: ipsa religi-
 onis Christianæ indole exigente, ut, qui ad ipsam

A 3

ac.

(d) Actor. XIV, 16.

(*) contra Faustum Manich. lib. XII, c. 42.

(e) Ps. LXXX, 9.

(f) Eph. II, 14.

(g) Rom. XI, 19.

accederent, viti Christo alligarentur; vivaque Ecclesiae ejus membra fierent. Hinc bene Chrysostomus: (h) *Induxit, inquit, pullum in templum, ut gentes Judaeis jungat, & adimpleat, quod Jacob benedicens filium suum Judam prophetavit: Alligans, (inquit) ad vitem pullum suum. Quæ est illa vitis? Judæa, quæ de Ægypto translata est, & in oriente plantata. Et sicut prophetavit Noë de filiis suis, dicens: Benedictus filius meus Sem; dilatet Deus Japhet, & inhabitabit in tabernaculo Sem. Sem enim erat pater Judæorum, Japhet autem pater gentium, quæ per Christum ingressæ sunt in tabernacula Judæorum.*

Quæ cum ita sint, nihil à scopo alienum nos dicturos arbitramur, si speciatim studiosam juventutem pulli imagine dicamus adumbrari. Hæc enim ut sibi & naturæ suæ relicta est indomita, & jugi quam maxime impatiens, falsæque & noxiæ licentiæ, quam libertatem vocat, amantissima: ita alia redditur, si verbis divinis obsequens, ad hanc vitem patitur se alligari. Solus enim Christus potest animum immutare: solus ille ex malis bonos, ex desipientibus resipiscences, ex indomitis & asperimis obsequiosos & humanos reddit. Alio pullo nolebat ille vehi, quam qui ad vitem ab ipso alligatus fuerat: nec alios ad ministerium suum vult adhiberi, quam qui ad vitem, vera conversione, ab ipso

(h) Homil. 37. in Matth. 21.

ipso se alligari patiuntur. Pertinet ergo huc, quod David ita monet: *Ne esote, ut equus & mulus, expertes intelligentiæ: quorum ora freno & habena constringenda sunt, ad te appropinquare nolentium.* (i) Non enim inviros, non præfracte repugnantes cogit; sed invitationi obsequentes, & oblatâ gratiâ se flecti & immutari patientes trahit. Dulcissima sane vincula! Non enim ad rubum spinis terribilem, sed ad vitem dulcedine amabilem Christus alligat: *ubi gustatur, quam suavis sit ipse:* (k) ex qua Spiritus Christi, vitam gignens cœlestem, ac vires dans fructus bonos ferendi, hauritur abunde & accipitur. Tunc, adempto jugo Satanæ, quod asperrimum fuerat, quam suave jugum sit Christi, mens immutata percipit. Tunc non amplius difficile est, hujus seculi abnegare voluptates, & cupiditates suas Christo mancipare. Amor ejus, qui dulcissimus in animo sentitur, verbum ejus, quod mellis superat dulcedinem, ita alliciunt, & tanta vi trahunt, ut fides tantum bonum vehementissime appetat, cupidissime apprehendat, & firmissime teneat; nec ulla vis sit, quæ avellere eam inde queat. (l)

Hæc vincula Christi cum præsentis temporis conditio sponte offerat meditanda: nihil accom-

mo-

(i) Ps. XXXII, 9.

(k) 1. Per. II, 3.

(l) Rom. IIX, 31.

modatius visum est instanti solennitati nostræ, qua
Gymnasii Natales celebrantur, quam hanc mate-
riam dicendi studiosæ juventuti, in arenam produ-
cendæ proponere; &, quia contraria juxta se posita
magis elucescunt, gentiliumque Saturnalia, quæ
libertatis Decembris nomine appellavit Lyricus,
olim in idem tempus inciderunt, eorum conditio-
nem cum hac conferre. Destinatus est huic actui
crastinus dies: hinc VIROS MAGNIFICOS,
GENEROSOS, NOBILISSIMOS, AM-
PLISSIMOS & CONSULTISSIMOS,
DNN. BURGGRABII REGIIUM,
PRÆSIDEM, PRÆCOSS. & COSS.
PATRONOS & NUTRICIOS Gymnasii
submisso observantiæ cultu HONORANDOS,
nec non *Excellentissimos, plurimum Reverendos, Præno-
biles, Nobiles, Spectabiles, Præstantissimos, Humanissi-
mosque, Fautores & Amicos Honoratissimos*, qua decet,
reverentia humanitateque rogamus, ut cras hora
IX. matutina, frequentes adsint, Deo Opt. Max.
pro hoc concesso & adhuc benignissime conservato
beneficio nobiscum gratias agant, & ut porro tan-
tum bonum conservet, ac labores Scholasticos
prosperet, precibus ardentissimis invocare studeant.
P. Elbingæ, XXIII. Nov. A. O. R. MDCCXXIX.

NO.

NOMINA JUVENUM,
qui de
VINCULIS
LIBERTATIS
DECEMBRIS
declamabunt.

PROLOGUS, *Johannes Gutt*, ad orationes benevole
audiendas carmine latino invitans, argumentum
indicabit.

I.

Colloquium præmittent de lætitia ex Adventu Christi hau-
rienda,

Sigism. Michäel Nagel.

Joh. Henr. Møller.

Joh. Christian. Zimmermann.

Johann Zachert.

Frid. Lebrecht Brackenhäusen.

Daniel Raschke.

B

711

II.

II.

De libertate Decembri Gentilium differendum esse indicabit
Jo. Wilhelm Kleefeld.

Ejus indolem describet *Casparus Bannehr.*

Tempus ejus carmine latino prosequetur *Godofredus Wilhelm Obuch.*

Ejusdem originem explicabit *Jacobus Hampius.*

De causis & finibus ejus loquetur *Joh. Christoph. Linck.*

Vincula ejus indicabit *Joh. Adolph. Titius.*

Quomodo illis vinculis se prudentiores subtraxerint, ostendet *David Dreisovius.*

Continuabit hanc materiam *Reinholdus Bosselmann.*

III.

De libertate Decembri Pseudo - christiana ager *Johannes Christoph. Porsch.*

Hujus indolem fusius exponet *Henr. Gottlieb Porsch.*

Ejus vincula aperient

Johannes Homler.

Adamus de Birckhahn.

Joh. Gottlieb Pauli.

IV.

Comparabunt illam libertatem cum Chamæleonte

Godofredus Druskau.

Christianus Schubert.

Elea.

Eleasar Kluge..

Georg. Nænchen.

Andreas Theod. Brackenhausen.

Alexander Nicolaus Tolckemitt.

V.

Eundem similem Pandoræ Pyxidi ostendent

Joh. Georg. Neumann.

Martinus Baranovsky.

Godofredus Schuster.

Michäel Marsilius.

Richard Daniel.

Sigismundus Tolckemitt.

Godofredus Horn.

Joh. Kienast.

Joh. Abraham Calan.

* * *
ODE I. cantabitur.

VI.

De libertate Christianorum vera dicendum esse indicabit

Joh. Jac. Møller.

Eam delineabit *Sigismundus Meyenreis.*

Accuratus eam explicabit *Georg. Henr. Beermann.*

* * *

Vincula ejus monstranda ex Historia de Ingressu Christi so-
lenni in urbem Hierosolymam dicet *Jacobus Ræschke.*

Conspici ea exemplo discipulorum asinam adducentium asse-
ret *Johannes Samuel Wallhorn.*

Imagine asinae Christum vehentis, *Joh. Isaac Drebs.*

Exemplo comitum Hosianna canentium, *Daniel Christophorus
Sczibalsky.*

Imagine pulli Christum portantis *Simon Gærcke.*

Mysterio nominis Bethphage, *Christianus Renatus Braun.*

Exemplo eorum, qui Christo vestes suas subtraverunt, *Lucas
Adrovsky.*

nec non eorum, qui ramos arborum contulerunt,
Jacobus Blennau.

De libertate Scholæ differet *Henr. Baumann.*

VII.

De liberalibus studiis colloquentur *Martinus Nath.
Johannes Carp.*

* * *

Carminе germanico libertatem hanc laudabunt

Georg. Hahn.

Jacobus Baum.

Elias Zacherr.

Philipp. Albrecht.

Joh. Michäel Eggert.

ODE II. cantabitur.

PATRONIS pro benevola auscultatione gratias ager
Isaacus Roskampff.

ODE

ODE I.

I.

Liebster Heyland / sey willkommen
Hier in diesem Jammer-Thal;
Der du dir hast vorgenommen
Zu erdulden unsre Quaal.

Hosianna ruffet dir
Zu dein Zion für und für /
Denn du hast dich in die Welt
Als ein Helfer eingestellt.

Hosianna ruffet alle /
Daß es bis in Himmel schalle:
Daß es Gott zu Herzen gehe.
Hosianna :/: in der Höhe!

2.

Du kömst arm / weil du der Armen
König / Gott und Helfer bist.

Kömst zu uns / dich zu erbarmen
Dessen / was verlohren ist.

Nimm dich / Herr / auch meiner an /
Weil ich mir nicht helfen kan :
Mache mich von Banden frey /
Daß ich ganz dein eigen sey.

B 3

413

Go:

an.

Hosianna :/: ruffet alle /
Daß es bis in Himmel schalle:
Daß es GOTT zu Herzen gehe,
Hosianna :/: in der Höhe!

3.

Zions-König / dein Bezeugen /
Da du kömst in Niedrigkeit /
Laß uns lehren / uns zu beugen
Unter dein Joch jederzeit.
Du kehrt nur bey denen ein /
Die recht klein und niedrig seyn:
Was die stolze Welt verlacht /
Das wird hoch von dir geachtet.
Hosianna :/: ruffet alle /
Daß es bis in Himmel schalle:
Daß es GOTT zu Herzen gehe,
Hosianna :/: in der Höhe!

4.

Aus der Seugelingen Munde
Ward dir ein Lob zugericht.
HErr / gib auch in dieser Stunde /
Daß wir folgen unsrer Pflicht;

Das

Das zu thun / was uns gebührt /
Und wozu dein Wort uns führt;
Dir gehöret alle Ehr:
Drumb durch uns dieselb' auch mehr.
Hosianna :/: ruffet alle /
Daß es bis in Himmel schalle:
Daß es Gott zu Herzen gehe.
Hosianna :/: in der Höhe!


5.

Laß durch deines Geistes treiben
Unsre Herzen brünstig sehn /
Immerdar bey dir zu bleiben /
Ohne Trug und Heuchelschein.
Daß dich allzeit unser Mund
Lob aus innerm Herzens-Grund:
Daß die Hände Palmen streun /
Und mit Wohlthun dich erfreun.
Hosianna :/: ruffet alle /
Daß es bis in Himmel schalle:
Daß es Gott zu Herzen gehe.
Hosianna :/: in der Höhe!


414 ODE

ODE II,

LAus sit gratiaque Deo,
Cujus est Gymnasium.
Resonet in Athenæo
Frequens ei canticum.
Patres ille fospites
Servet & incolumes;
Provehatque studia
Prosperante gratia,
Hosianna! conclamemus:
Deum nostrum celebremus.
Resonet hymnis & melis;
Hosianna! Rex in coelis!



ODE



1018

75

